

naventura Abbatissa sancte Marie monasterio de Campis Domina Helena, Sibilia, Cilia, Alaxia, & Mandra monachus suis presentibus, faventibus, consentientibus super negotium, quod est & vertitur inter se nomine sui monasterii ex una parte, nec non & Ecclesiam S. Michaelis de Bosco ex altera statuit, creat sibi, & facit dominum Oduzionem Archipresbiterum de Meladio, & Aquensem Canonicum suum indicum procuratorem, & certum nuncium ad audiendum, respondendum Domino Ogerio Abbati de Locezio, & a Domino Novariensi electo delegato ec. promittendo ec. Ego Ogerius Palatinus Not. rog. interfui, & hanc cartulam scripsi.

Electio sororis facta a Monialibus S. Michaelis de Bosco ad agendum in lite cum Abbatissa Aquen. Ex Tab. Mon.

44

MCCX.

Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo decimo, die martis nono Kal. decembris, indictione tertiadecima. In claustrum S. Michaelis de Bosco Domina Sibilia priora Cenobii predicti sancti Michaelis de Bosco consensu, & confirmatione Domine Helene, & Domine Adilie, & Domine Bellebone monacharum predicti monasterii S. Michaelis instituit Mateldam a parte predictae Ecclesie, cujus est monacha indicam tam ad exigendum, quam ad respondendum super causam videlicet, quam ipsa priora a parte predictae Ecclesie habet cum Abbatissa de Aquis ad omnes appellationes ecc. Interfuerunt Gregorius de Domino, Guasco de Frascarolio, Gulielmus de Bremeto, Ubertus Pastor, Ubertus de Benzone Bello, Furfinus de Paterio, omnes testes vocati, & rogati. Ego Oglerius S. P. N. interfui, & hanc cartam tradidi, & scripsi.

Literæ, quibus Ministri Ecclesiarum S. M. & S. Michaelis referunt Girardo se mandatis ejus paruisse. Ex Tab. ejusd. Mon.

45

MCCX.

Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo decimo, indictione tertiadecima, die lune vicesimo secundo mensis novembris. In secretario majoris Ecclesie civitatis Auguste presentibus Dominis Aripando Vercelleni Episcopo, Gualberto Augustensi Episcopo, Wilhelmo & Joanne, Monachis & Arnaldo Aquensi Canonico testibus. Dominus Girardus Novariensis electus, & Domini Pape in Lombardia provisor confessus fuit se literas accepisse, quarum tenor talis est: Reverendo Patri, & Domino G. Dei gratia Novariensi electo, & Domini Pape in Lombardia provisorio B. Minister Ecclesie sancte Marie de Campis, & Vilhelmus S. M. de Bulego omnimodam reverenciam. Visis vestre sanctitatis literas, quod in eis significabatur nostro pro posse effectui ducere humiliter curavimus; unde accedentes ad Ecclesiam sancti Michaelis de Zebeis de de statu personarum nostrarum tam in spiritualibus, quam in temporalibus sub animarum periculo ab ipsis monialibus diligenter quesivimus, & cum de injuncto negotio rei veritatem ab illis extorquere

non possemus, eam fecimus jurare. In primis Sibilia Priora sub jurejurando interrogata cognovimus se fuisse ab Aquensi Abbatissa monacham factam, & tempore precedente ab Abbatissa ejusdem monasterii Prioriam accepisse; illud idem prestito idem juramento ab omnibus aliis monialibus videlicet ab Elena, Audia, Matelda audivimus, quarum videlicet Matelda nondum velata est; Elena vero, & Audia confesse fuerunt se ab Abbatissa predicti monasterii fuisse monacatas. Item confesse fuerunt omnes Ecclesia Beati Michaelis subesse Aquensi monasterio pro . . . , & quod Abatissa Aquensis in illa Ecclesia pro velle suo veniebat ubi faciebat residentiam, & quod annuatim censum reddere dicto monasterio consueverunt. Quapropter his & aliis confessionibus auditis eis precepimus iuxta tenorem literarum vestrarum de cetero Abatisse predicti monasterii, & successoribus suis secundum regulam Beati Benedicti obedirent, quibus in contumacia existentibus divinum interdiximus officium, que omnia sanctitati vestre intimare curavimus, & quia proprio caremus sigillo cum sigillo signum crucis habente has literas signavimus.

Ego Rufinus Notarius sacri Palatii autenticum harum literarum de manu jam dicti Domini Novariensis accipiens vidi, & legi, & precepto ipsius scripsi, & autenticavi nil addens, vel minuens preter punctum, vel literam.

Literæ, quibus Girardus Elec. Novar. committit Abbatem de Locedio cognitionem appellationis interpositæ a Comite de Lomello in causa Mon. S. Michaelis, & S. M. de Aq. Ex Tab. Mon.

MCCXI.

46

S. G. sola divina permissione Novariensis electus venerabili in Christo Patri O. Abbati de Locedio salutem, & sincere devocionis affectum paternitati vestre presentibus literis duximus intimandum, quod cum ad nostram audientiam quedam delata fuissent, que in Ecclesia Beati Michaelis de Cebete correptione, & emendacione indigere videbantur dilectis fratribus vestris B. Priore sancte Marie de Campis, & G. sancte Marie de Vole dedimus in mandatis, quatenus ad eandem Ecclesiam personaliter accedentes, que ibidem secundum Deum statuenda, vel corrigenda decernerent, auctoritate nostra corrigerent, & statuerent contradicione omni postposita. Insuper etiam de obedientia, quam Aquensis Abbatissa ab eis tanquam debita exigebat, que iuxta forent statuere debuissent, verum cum predictae Abbatisse obedientiam prestare omnimode recusarent, asserentes se sicut intelleximus ei aliquo obedientie debito non teneri, ab ipsis Prioribus sunt suppositæ interdicto. Verum quia Comes, qui ejusdem Ecclesie fundator est & patronus super his ad nostram obedientiam appellavit, discretioni vestre per presentia scripta mandamus, quatinus ad predictum locum tempore congruo corporaliter accedentes tam super correptione Monialium, quam super facto interdicti, & omnibus aliis, que statuenda videritis mediante justitia statuatis.